
ADDITAMENTUM
AD DISSERTATIONEM
DE VALORIBUS FORMULAE
INTEGRALIS

$$\int \frac{x^{p+1} dx}{\sqrt[n]{(1-x^n)^{n-7}}}$$

ab $x=0$ ad $x=1$ extensae.

Auctore

L. E U L E R O.

Convent. exhib. die 17 Octobr. 1776.

§. 1.

Si methodum in praecedente dissertatione traditam ad altiores ordines quam $n=7$ transferre vellemus, ob ingentem aequationum considerandarum numerum labor fieret nimis molestus. Quoniam autem vidimus, non omnes istas aequationes concurrere ad valores singularum formularum determinandos, opus non mediocriter sublevabitur, si quovis casu eas tantum aequationes in computum ducamus, quae immediate ad determinationes formularum perducant, quemadmodum hic pro casu $n=10$ sum ostensurus.